

Quæ in legitimatione filiorum? Menoch. cas. 213. Macescot. variar. lib. 1. c. 35. Tus. concl. 727. Quæ in imperatione rescripti justitiae; idem Menoch. cas. 202. Flamin. de resign. benef. lib. 2. q. 3. a. n. 62. Tus. concl. 724.

65 Similiter locus non est prefata distinctioni, si falsitas intercedat quoad substantiam ejus, quod concedendum est; nam et si Princeps, veritate intellecta, facilius concederer; nihilominus rescriptum erit subreptitum: v. g. si aliquis postulaverit dispensationem voti ultra marinæ peregrinationis, cum vobissem Compostellam ire, quamvis facilius concederetur gratia, si de veritate constitisset: tamen non proderit dispensatio. Idem erit, si, qui vovit non ducere uxorem, perat dispensationem pro voto non forniciandi. Quæ doctrina est limitanda, cum illud, pro quo dispensatio impetratur, comprehendit sub se quod voto promissum est, tunc enim rescriptum valebit; veluti si is, qui promisit ingredi Religionem, obtineat dispensationem pro voto profundi; Par. Suar. dicit. c. ult. n. 8.

66 Tandem admittenda non est ea distinctio, quando sola una exprimitur causa ad gratiam impetrandum, & illa est falsa, nam omnino litera erunt irritæ, qualis sit; Sanch. n. 41. Guttier. d. c. 15. n. 104. Quod verum est, licet causa justa, & sufficiens existat, qua cognita moveret Principis voluntatem; quia non potest esse causa actus, quæ latet agentem, neque in illa fundatur intentio; sed in expressa, quæ cum falsa sit, deficit voluntas; Suar. d. ca. ult. n. 7. Secus erit, si causa hæc non expressa nota scilicet concedenti; Suar. d. n. 7. Faciunt tradita, sup. n. 60. & 61.

## Ad Num. 6.

67 In imperatione beneficij curati facienda est intentio ejus qualitatis, alioqui gratia erit nulla; Gonçal. ad regul. 8. Cancellar. glo. 9. S. I. n. 64. Nicol. Garc. de benef. part. I. c. 6. n. 49. Menoch. supr. n. 61. ubi plures laudat, & n. 67. limitat si cura annexa sit Dignitati, quia non est opus, talem qualitatem exprimere, cum dumtaxat quod principale est, attendatur: Idem docent Rebus. in prax. par. 3. signatur, verbo, Etiam situationis, n. 4. Cassador. decif. 12. de prabend. Rot. decif. 13. eod. titul. & decif. 37. de rescript. & alii apud eundem Menochium.

Ibi: Igitur omissione ejus qualitatis.

68 Ad hæc videndi sunt, Sanch. n. 35. Guttier. a. n. 81. qui doctrinam D. Covarr. pluribus adductis, comprobant: & Sanch. n. 36. docet, quando qualitas censetur adjecta taxationis, vel demonstrationis causa; Ratis autem, propter quam Rotæ decisio hic allegata, sustinendum decernit rescriptum falsa narratione impetratum: in obscuro non est; quoniam impetrans nequit contravenit constitutione præcipienti, ut in imperatione beneficiorum cura mentio fiat, si curatum sit quod postulatur: cum eo casu talis qualitas beneficio non erit impetrato: atque ideo dici non potest, falsitatem contiguisse circa qualitatem necessariò exprimendam; nam illa quæ non est, explicari non debet, constitutio enim nihil civit circa imperationem beneficij non curat; Unde qui tale beneficium impetravit, et si falsum dixerit, contra illam non fecit. Imo, & dici poterit, falsitatem circa qualitatem exprimendam non nocere, modo nihil exprimendum taceatur, nec causam finalem attingat, ut colligitur ex præallegatis DD. maximè ex Sanch. d. diff. 21. in fine, ubi docet, taciturnitatem circa ea, quæ exprimi jura specialiter præcipiunt, gratiam irritam reddere; expressionem

verò falsi solum efficere, cum circa finalem causam versatur, de quo statim exemplum subjiceretur à num. 77.

Nec obsunt præfatae decisioni jura in contrarium adducta, quorum diversus est casus, siquidem in ea Rotæ decisione, erat corpus certum beneficii postulati, unde qualitas illa cura fuit demonstrativæ adjecta; quæ licet falsa sit, gratiam non vitiat; si alias Princeps esset concessurus, quia consensus non deficit. At in cap. cui de non sacerdotali, & c. suscep- tum, Pontifex gratiam generaliter concessit, nullo certo beneficio assignato, & sic valor vel qualitas ponitur taxativa, ita ut consensus concedentis solum comprehendat beneficia; que talia sunt; non alia majora, vel minoria; quare, et si Pars consentiat; ut quod minus est, sibi conferatur, fieri non potest, ex defectu voluntatis Pontificis; qui licet facilius concederet illud quod minus est, tamen actu non concessit.

Quæ ex eo maximè procedunt, quod rescripta sunt stricti juris, nullamque interpretativam extensionem recipiunt, etiam ex majoritate rationis, Molin. de primogen. lib. 2. c. 4. n. 48. Marc. Ant. variar. lib. 1. resolut. 39. n. 11. Surd. decif. 175. a. n. 2. Tiraquel. in l. si unquam, verbo, libertis, n. 55. C. de revocand. donat. Card. Tus. tom. 6. lit. P. conclus. 212. a. n. 1. Quibus alia addenda sunt infra, prod. c. cui de non sacerdotali, interpretatione, n. 89.

## Ad Num. 7.

Est præmittendum cum communi sententia, ut quoties tacetur aliquid ex Curia styllo exprimum, rescriptum nullum sit perinde, ac si non explicaretur quod jure specialiter exprimi jubetur; Flamin. de resignat. lib. 1. q. 2. n. 13. Sanch. cum pluribus, n. 16. Guttier. d. c. 15. n. 39. Menoch. d. cas. 201. n. 27. vers. Aliqua, & n. 28. Mascal. cons. 1357. n. 5. Qui idem esse aiunt de illis, quæ ex consuetudine Principis debent explanari.

Quod exprimeretur valor beneficiorum in precibus ad ipsa obtainenda, primò statuit Urbanus V. ut testatur Rota, decif. 19. de rescript. innov. quod & posteà multi Pontifices præceperunt; Ludovic. Gom. in præfat. ad regu. Cancellar. de exprimendo valore; & ita recte constitutum est; alioqui: valore incognito beneficiorum nequiret Pontifex æquè Ecclesiasticos redditus distribuere pro personarum meritis; ut per Ludovic. Gom. in d. præfat. ubi alias rationes trahit.

Ex quibus infertur, taciturnitatem veri valoris, aut falsitatem circa illum, gratiam irritate; Menoch. n. 77. 83. ubi de falso valore expresso loquens tenet cum multis, ex ea causa vitiani concessionem etiam motu proprio, Rota decif. 47. de rescript. in antiqu. Guttier. a. n. 79. qui latè differit, Mandos. in 75. reg. de exprim. valor. & in regul. 20. de union. & confirm. q. 5. n. & q. 6. n. 4. Gom. in d. reg. de valor. exprim. Felin. in d. c. ad aures, n. 10. Neque in his, quæ de styllo Curiae sunt exprimenda, admittitur distinctione, an Pontifex esset concessurus, necne sed absolutè nocet, si omititur; in quo nullum judicanti datur arbitrium; Menoch. n. 27. 28. Guttier. n. 39. Alioqui frustrane esset illa constitutio de valore exprimendo: quandoquidem de jure communi compertum est, falsitatem; aut taciturnitatem exprimendorum, ex quibus Princeps movetur ad concedendum, quæ alias non foret concessurus; nullam gratiam reddere, ut dictum est supra, Quare Ancharvani sententia, cui D. Covarr. assentit, admittenda non est; quia expressio veri valoris pro for-

ma desideratur ex styllo Curiae, cui eadem vis est, ac juris constitutioni, ut docet Menochis ubi proxime. Nec dici potest, valorem exprimi, cum minus, quam beneficium valet, precibus significatur; si que falsitas non contingit circa necessariò exprimendum, imo potius illud prorsus suppressum.

Ibi: Accedit ad hoc, quod notanter scribit.

77 Sed præmissis non refragantibus vera est hæc Rebussi assertio, nam tunc solum vitiat rescriptum, quando minor valor exprimitur, non si major esse dicatur, quam vere est; quicquid Guttier. d. nu. 79. teneat, et si hoc satis probabile fatetur. Primo, nam ratione legis cessante, ejus dispositioni non est locus; l. adigere, & c. si quamvis, ff. de jure paron. sed rationes propter quas verus valor beneficij exprimi jubetur, cessant majorē expresso; ut Guttier. probat. Ergo ex ea regula nullum vitium ob expressionem majoris valoris incurritur.

79 Secundò, qui significat, plus valere beneficium, quam reddit, virtualiter & implicitè verum valorum exprimitur; nam sub majori summa minor continetur, ut D. Covar. probat infra, hoc nu. vers. Ncc. satisfacit. Ergo jam satisfacit constitutionem de exprimendo valore. Nec quod abundat nocere solet; l. testamentum, 17. C. de testament. l. non solent 95. ff. de regul. jur. l. 1. S. si stipulantur ff. de verbis obligat. l. si decem. 55. ff. locati.

81 Tertiò ad ea que raro accidunt jura non adaptantur, l. nam ad ea s. ff. de legib. Sed raro est, ut major valor narretur, igitur ad hunc casum præfata regula pertinet non potest.

82 Quarto, tam in lege, quam in qualibet alia dispositione, mens disponitentis potius est attendenda, quam verba; c. Secundò requiri 41. de appellat. l. 3. C. de lib. præterit. A qui ex ratione constitutionis illius manifeste appetit, mentem constituentis fuisse, ne minor valor beneficij exprimatur, prohibere tantum: Ergo adversus ipsam non facit, qui majorē exprimitur.

Quintò, quod verosimiliter responderet disponens, si interrogaretur, habetur pro expresso in dispositione, Goli. communiter probata in l. tale pacatum 41. S. fin. ff. de pac. & alibi dictum est. Verosimilimum autem est, Authorum illius constitutionis, si interrogaretur, an fieret subreptitia gratia, vel obreptitia ob expressionem majoris valoris; responsurum, quod non. Igitur hoc ipsum pro expresso in eadem regula habendum est.

Sextò, abundans cautela nocere non debet, d. l. testamentum, s. l. C. de testam. Ergo si quis dubius de beneficij valore, plus valere narravent, hoc gratiae nullitatem afferre non oportet.

Neque obstat, quod pro forma desideratur veri valoris expressio, & illa est specificè: & ad unguem adimplenda, neactus corrut; d. l. cum b. S. si Prætor, l. qui hæredi 44. ff. de condit. & demonst. Molin. de primogen. lib. 2. c. 7. num. 4. Menoch. cons. 398. nu. 52. Argal. de acquir. posses. q. 8. art. 25. n. 10. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. cap. 16. dubit. 26. scilicet. 1. num. 9. Quoniam huic objectioni duplicitè potest satisficeri. Primo illud esse verum illis casibus; de quibus lex formam præscribens agit; at in d. Regula Cancellariae non venit in mentem constituentis, aliquid statuere circa eos qui majorem valorum expreßerint; ut proximè assertum est. Et quoties menti disponentes satisfactum est, omissione formæ non vitiat actum, cum aliunde eundem specificum, ac implicitum habeamus effectum; Bald. in l. fideicomissa 11. S. scilicet. ff. de legat. 3. Cyriac. tom. 2. controvers. 308. nu. Faria addit. ad Covar. Tom. I.

De ratione c. cui de non sacerdotali diximus nu-

per, cui non obstat, quod sub majori summa

continetur minor ex proprietate fermonis; nam

est illud sit verum, non habet locum in decisione

illa; cum aliud sit, majorem summam continere

minorem, & aliud, beneficium valens centum

sub majori valoris beneficio comprehendit: nam

in summis illa comprehensione admittitur, non

scilicet in speciebus; cum minor domus sub majore

comprehendi non dicatur: unde si domus maxi-

ma fuerit legata minimam legari potest non

valebit, ut notum est. Hic infertur, ad intel-

ligendum, cap. cui de non sacerdotali, quia hæc

ibi mentio quantitatis fiat: quod conceditur,

non est quantitas, sed beneficium eam reddens.

Quare cum beneficium minoris valoris sub eo,

quod plus valer, non continetur; ideo qui

gratiam obtinuit, consequi beneficium magis te-

nue non potuit, quia hoc expressum datum non

est, nec sub illo, quod concessum est, compre-

henditur. Nullum itaque jus ex illis literis impe-

trans

trans habuit ad alia beneficia, quam quæ redderent quantitatem in ipsis expressam, nec potuit ex hoc etiam volenti beneficium minus valens conferri.

Verf. Nec satisfacit Ibi : Nam major summa ex proprietate.

90 Hæc regula, quod minor summa sub majore continentur, limitanda est, si ex mente proferentis appearat aliud, quia verborum proprietas cedit loquens intentioni ; l. si quis filium 3. C. de liber. præterit. c. bunnane 22. q. 2. l. 3. §. conditio, ff. de anima legat, Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 3. tit. 3. n. 9. Brun. à Sole in loc. communib. verbo. Verba, 20. Barbos. in axiomat. jur. axiom. 222. n. 3. Menoch. cons. 97. n. 42. Atque ita intellegitur textus in §. præterea Inst. de inutil. stipulat. & in d. l. si decem 55. ff. locati.

Verf. Tertiò, principali hujus capitatis resolutione.

Idem notant Guttier. d. c. 15. n. 85. & Barbos. in collectan. ad c. ultim. n. 5. de concess. præbend.

Ad Num. 8.

91 Hanc Guillelmi à Cuneo sententiam sequuntur communiter omnes Guttier. d. lib. 2. Canonica. c. 15. à n. 86. Menochius cas. 203. n. 32. Ant. Gom. variarum lib. 3. c. 3. n. 60. Molin de primogen. lib. 2. c. 4. n. 50. & lib. 4. c. 3. n. 41. Tiraquel. de pen. temperand. casu. 10. n. 4. Juli. Clar. in prax. crimin. §. fin. q. 59. n. 9. Sarmient. selectar. lib. 1. c. 9. n. 2. Padilla. in l. transfigere. n. 69. C. de translat. Boff. in prax. de remed. ex sola clement. Princ. n. 35. Plaza in epitom. delictor. c. 45. ad finem, Azeved. in l. 2. nu. 14. tit. 25. lib. 8. Recopilat. per quem legem apud nos hæc qualitas remissionis delicti antea obtentæ exprimi debet necessariò, ut valeat secundum venia re scriptum ; nam ita ibi expressum caveretur.

92 Quod est intelligendum, quando prima remissio fuit pro eodem criminis genere, ut probant cum D. Covar. Guttier. & Menoch. suprà.

Ratio prefata legis Regie, & conclusioni Guillelmi est ; quoniam ob repetitionem delicti, Princeps retraheretur à concessione venia ; argumento

93 l. 3. §. ultim. C. de Episcop. audiens, ne ex repetita indulgentia assumatur licentia delinquendi, cum homines sub fiducia remissionis facile ad crimen prolabantur ; cap. illud 5. §. illud de Cleric. excommunic. celebr. Sed Guillelmi doctrinam limitat Fe lin. in cap. ex tenore, nu. 2. de rescript. cum venia fuit invalida : nam de ea mentionem fieri necesse non est ; sequitur Menoch. dīst. nu. 32.

95 Est etiam ad venia validitatem exprimenda re iteratio delicti, eti illud Princeps non remiserit ; nam cum in d. l. 3. §. ultim. statuatur, ne criminum nisi semel commissorum remissio concedatur, ea qualitas necessariò est in precibus explicanda, tanquam si jure specialiter exprimi juberetur ; nec distinguendum est, utrum Princeps, cognita re iteratione criminis, precibus annueret, nec ne ; Sanch. d. disp. 21. n. 15. ubi pro regula tradit, ut quoties in jure invenitur prohibitum, ne remittatur crimen taliter commissum, vel ne dispensetur ubi adest talis circumstantia, hæc qualitates sint necessariò exprimenda, ut rescriptum subsistat.

96 Unde infertur, quod si quis postulet veniam à Princeps propter homicidium proditorie factum, qualitatem proditionis debet exprimere ; quoniam

l. 1. tit. 25. lib. 8. Recopilat. disponit ; ut in remissionibus generalibus vel specialibus, non intelligatur remissa mors proditorie facta ; alia erit subreptitum rescriptum, etiam si ea qualitate cognita, Princeps eodem modo remitteret ; Ant. Gom. d. lib. 3. variar. cap. 13. num. 38. vers. Item adde. Et quod reiteratio delicti sit explicanda, ut supra dicebamus, docent Tiraquel. d. tract. de pen. temper. casu. 49. num. 27. Padilla in d. l. transfigere ; num. 63. Sebalt. Medices de reg. jur. reg. 3. n. 64. Plaza suprà, c. 38. n. 4. Franchis decif. 330. n. 3. Mafcard. conclus. 838. n. 8. Cened. ad Decrebat. collectan. 44. nu. 4. Tusch. to. 7. lit. S. conclus. 730. Farinac. in prax. crimin. quest. 6. n. 49. Nicol. Garcia. de benefic. part. 8. cap. 3. num. 28. Ant. Gom. dīst. cap. 3. nu. 60.

Ad Num. 9.

Ibi : Nam si quis impetrare velit.

Accedit Guttier. d. n. 96. 97. Et quod in im pre tratione legitimatis est facienda mentio filiorum legitimorum, est communis resolutio ; ut constat ex Menoch. d. cas. 203. n. 5. Marescot. suprà, lib. 2. c. 87. nu. 1. ubi plures referri, Trentacing. d. libr. 1. variar. tit. de legitimatis, resolut. 2. n. 18. Nam vero similiter praesumitur Princeps gratiam denegatur, si sciret legitimatos extare, Ant. Gom. in l. 12. Taur. nu. 67. ubi alii. Imò non solum exprimere debet impetrans, filios legitimatos habere, sed etiam uxori sibi esse, ex qua filios sperat procreare, alioquin legitimatio erit subreptitia ; Aretin. in l. ex facto 43. n. 8. vers. Vel habere uxorem, ex qua posse procreare filios, ff. de vulgar. fol. 101. colum. 4. Ripa in d. l. si unquam, C. de re vocand. donat. Roland. d. conf. 89. n. 26. Surd. conf. 552. n. 40. Cyriac. tom. 2. controvers. 236. n. 12. qui n. 36. id declarat, si natu fuerint filii ex tali matrimonio, Trentacing. suprà. Præterea legitimatio, legitimorum non facta mentione, est irrita, quamvis nihil eorum interficit, ne fiat legitimus filius illegitimè natus ; Marescot. suprà, lib. 1. c. 35. n. 8. vers. Non obstat Ruinus, & nu. 9. contra Jafonem, & alios. Idemque erit, si motu proprio, vel ex plenitudine potestatis filius legitimetur, Marescot. nu. 11. quia, non facta mentione legitimorum, rescriptum non tenebit.

Ex quibus deducitur, quod quamvis per l. 10. tit. 8. libr. 5. Recopilat. legitimati per rescriptum Principis non succedant cum legitimis, & naturis, nisi expressum in legitimatione contrarium dicatur, Anton. Gom. in d. l. 12. Taur. nu. 67. Tamen opus erit ad legitimationem filii, prolixi legitimis mentionem fieri, ex doctrina Marescot. d. c. 35. n. 8. vers. Non obstat.

Numerus vero filiorum erit explicandus, si tot sint, ut propter eorum multitudinem Princeps legitimationem non effet concessurus, aut cum restrictione aliqua concederet : ex generali regula supra tradita ; nam cum iure cautum non reperiatur ; ut filiorum numerus explicetur, taciturnitas non nocebit, nisi circa causam finalē contingit. In quo Principis consuetudo attendetur.

96 Homo liber inter privatos an obses tradi potest ?

97 In exequitione quis ordo servandus quoad bonorum Faria addit. ad Covar. Tom. I.



# D. DIDACI YBANNEZ DE FARIA ADDITIONES ET OBSERVATIONES AD LIBRVM SECUNDVM. D. COVARUVIAS VARIARUM RESOLUTIONUM.

## AD CAPUT PRIMUM.

De jure creditorum in personas eorum qui non solvunt ac de Cessionis bonorum remedio.

## S U M M A R I U M.

- 1 Debitor non prestans cautionem de idoneitate, vulgo, de laneamiento, ad carcerem ducitur, et si bona habeatur.
- 2 Femina honestè viventes pro debito civili non carcerantur.
- 3 Mulier maritata licet turpiter vivat, pro debito civili non est carceranda, nisi maritus consentiat turpitudini.
- 4 Mater, vel avia, pro debito ex administratione tutela liberorum, carceri non mancipatur.
- 5 Militia apud Romanos triplex, & de aliquibus eorum privilegiis.
- 6 Milites, qui in Hispania Hombres de armas vocantur, privilegiis armatae militiae decorantur.
- 7 Privilegiis militia concessis milites renunciare non valent.
- 8 Quibus casibus miles pro debito ex contractu in carcere mittitur.
- 9 De re militari, ac militum privilegiis, qui disserunt.
- 10 Quis in Hispania propriè dicebatur Hidalgus, & quia Nobilis.
- 11 Filius naturalis paterna nobilitate decoratur, ejusque gaudet privilegia. Idem est de uxore.
- 12 Nobilis in Hispania carcere non subicitur ob debitum, quod ex delicto, vel quasi non descendat, & quomodo ad hoc nobilitas probanda sit.
- 13 Ei privilegio renunciare Nobiles num possint ?
- 14 De jure Regio etiam cum juramento renunciatio predicti privilegii non tenet.
- 15 In exequitione quis ordo servandus quoad bonorum Faria addit. ad Covar. Tom. I.
- 16 O 2 28 Quant.